

Urkunde Nr. 1 bis 9

Objektyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz**

Band (Jahr): **61 (1906)**

PDF erstellt am: **22.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Nr. 1.

1036, 9. Februar, Rore.

Stiftungsbrief der Kollegiatkirche Münster, errichtet durch Graf Ulrich von Lenzburg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego v̄dalricus¹⁾ dei gratia comes, ad reprimandas lites futuras, cum omne patrimonium meum non in filios, quoniam illis orbatum sum, sed in nepotes meos sit transiturum, sepe et diu mecum cogitavi de quadam canonica mea, que est in loco que (!) dicitur Peronis monasterium²⁾ a parentibus meis primitus, postmodum a me sancti Michælis honori attributum, qualiter post obitum meum eadem canonica liberaliter deo seruire ualeret. Regalem nolui facere, nisi coactus, quoniam sepe accidit, si parua res in manus magnorum euenerit, ut vel omnino negligatur aut parum defendatur. Rursus nolui eandem canonicam nepotibus meis in commune dimittere, ne quod soli deo bene est coadunatum, praua voluntate hominum male diuideretur. Tandem inueni consilium, ut eligerem unum de nepotibus meis, cui supradictum locum traderem sub quadam condicione, quam insequentibus indicabo. Tradidi enim supradictum locum, id est Beronis³⁾ monasterium, cum omnibus ad illud pertinentibus prediis et mancipiis nepoti meo Arnolfo ea pactione, ut ego habeam eundem locum in dies uite mee, et filius meus Henricus habeat prefatum locum quam diu in hoc seculo uiuat, et post eius decessum prefatus Arnolfus firmiter

1) Fol. 1 im Liber crinitus Ulrichus.

2) Vgl. unten die Urkunde vom 6. März 1299, ausgestellt „ze Münster in Ergow vor dem Münster“.

3) Liber crinitus fol. 57, b. Peronis; fol. 1 Beronis.

teneat et secundum constitutionem nostram perpetualiter possideat, et post obitum illius vnus de legitimis heredibus eius, qui sit maior etate, sine conditione aliorum, cum hec traditio nulli facta sit illorum nisi uni, teneat atque possideat. Notate tam presentes quam futuri. quod dico: vnus, non omnes, vt vnus semper heredum predicti Arnolphi, qui scilicet de stirpe mea generetur, teneat atque possideat, eo tenore vt sit iustus et pius aduocatus, atque defensor eiusdem ecclesie et canonicorum atque familie, et electionem a me datam canonicis nequaquam auferre presumat, quemcunque velint inter se prepositum eligere consentiat, et nullam traditionem de prediis vel mancipiis huius loci sine vtili et probabili comcambio faciat et ipsum locum sublimare et reparare conetur, si opus fuerit omnibus modis. In canonicis, libris et muris et tectis paraturis et claustrum atque officinas omnes indubitanter per se restauret. Et in festiuitate sancti Michahelis per triduum publico conuiuio omnes in Christi nomine aduenientes pauperes et clericos pascat. Preter hec in anniuersariis quibusdam, id est in die obitus mei et filii mei Chonradi¹⁾ episcopi et filii mei Henrici²⁾ pauperes et canonicos eiusdem loci caritative reficiat. Sed ne aliqua occasione quasi ad hec perticienda de canonicorum annona iniuste subtrahatur, placuit michi fecernere, quid pertineat ad dominum predictae ecclesie, ad dominum advocatum, et quid ad fratres canonicos. Domini advocati sint hec curtes, id est Rinacha³⁾, Beinwile, preter vinetum, illud seruiat secretario sancti Michahelis, et Gunczwilare⁴⁾, et in loco qui dicitur Arta, vna curtis ad sanctum Georgium⁵⁾ cum ecclesia, et quod visus sum habere in Surfe, id est ecclesiam superiorem cum curte, atque dimidium ecclesie in Ovchein cum vineto. De hiis aduocatus uiuat, et supradictam constitutionem totam compleat. Cetera omnia, id est

¹⁾ Lib. crin. fol. 1 und 57: Chonradi.

²⁾ Ib. Henrici.

³⁾ Ib. Rinach; fol. 57 b Rinacha.

⁴⁾ Liber crin. 57 b Gvnezwilare.

⁵⁾ Ibidem 1 und 57 b Georium.

possessio fratrum in ipso loco circa canonicam, cum beneficiis eorum atque inferiorem ecclesiam et Nudorf cum ecclesia et omnibus appendiciis eius, et ecclesiam . . .¹⁾ (Lücke) cum omnibus legitimis suis, quarta tantum parte excepta, et tres partes ecclesie in Sarnuna, cum curte inferiore et quidvisum habere in Alpenache et in Chernz²⁾. Terciam partem ecclesie in Chuffenache³⁾ et ecclesiam in Vdelgofwilare, terciam partem in Butenfulza⁴⁾, duas partes in Starchenchilcha. Ecclesiam in Richentale⁵⁾ et curtem in Langenowa cum omnibus appendiciis. Ecclesiam in Hagedorf, et ecclesiam in Chutingen⁶⁾. Ecclesiam quoque in Hekelingen⁷⁾ et ecclesiam ad Schongowe⁸⁾, et curtem ad Armenfe. Ecclesiam in Mageton⁹⁾ cum curte et vineto atque omnibus appendiciis. Curtem vero ad Potinchouem cum vineto et reliqua ad supra memoratam canonicam pertinentia sint canonicorum, ut inde habeant uictum et uestitum ad seruiendum deo omnipotenti et sancto archangelo Michaheli. Si autem ipse Arnolfus vel aliquis heredum eius, quod absit, locum predictum, in quantum valuerit, non bene defendat, vel de annona canonicorum aliquid suadente dyabolo iniuste subtaxerit et sibi usurpatus fuerit, et inde semel aut bis appellatus a canonicis non emendauerit, ad confirmandum pactum meum, de semper uiuentis dei imperio, eiusdem loci canonicis precipio, constituo et libertatem atque licentiam do, ut se reclamant ad episcopum Constanciensem, quicumque tunc temporis erit, ut quoniam suum est tocuis prouincie ecclesias gubernare et supradicte canonice advocatum constringat, et

¹⁾ In spätern Abschriften ist die Lücke nach Diplom von 1045 ergänzt mit Hochdorf. Die Radierung wurde 1302 vorgenommen.

²⁾ Lib. crin. 1 und 58 Alpenach, Kherns.

³⁾ Ib. 58 Kvffenach.

⁴⁾ Ib. fol. 58 Bvttensfulza.

⁵⁾ Ibid. Rychentale.

⁶⁾ Ibid. Khvtingen.

⁷⁾ Ibid. 58 Heckelingen.

⁸⁾ Ibid. 58 Schongøewe.

⁹⁾ Ib. 58 Magton.

iniquitatem quam fecit, emendare precipiat. Quod si illum corrigere non potuerit, tunc idem episcopus per pactionem meam, dei voluntate atque imperatoria potestate prevaricantem advocatum abiciat et ipse locum eius subeat, et supradictam canonicam teneat atque constitutionem totam adimpleat tam ipse quam omnes successores eius. Quod si idem episcopus, vel aliquis advocatus, quem ille vice sua posuerit, suadente humana malicia, prefatam canonicam neglexerit, et canonicos iniuste disturbauerit et prescriptam constitutionem irritam fecerit, tunc ipse et ecclesia sua prenominatum locum et omnia que illius sunt, penitus amittat, et imperator quicumque tunc temporis erit, succedat et teneat, et perpetue libertatis privilegio eundem locum amplificet. Ipsi imperatori non pono auctorem vel iudicem, nisi deum regem regum, a quo cogatur in die iudicii reddere rationem, quam bene et caute predictam canonicam studeat tueri, et quomodo petitionem meam atque constitutionem faciat observari. Hec carta traditionis advocati acta et levata est in publico mallo Rore¹⁾, sub Comite Ulricho et testibus quorum nomina hec sunt. Sigebotto, Eto, Immo, Eberhart, Ekekart, Ozo, Richenzo, Immo, Pucco, Radebotto, Wichram, Luprant, Imezo, Livtolt, Livterich, Hadebert, Eberhart, Altrich, Hezel, Purchart, Tiepolt, Gerunch, Chvno. Ego igitur Ozo scripsi et subscripsi notavi diem et annum. Anno dominice incarnationis M^o. XXX^o. VI^o. Indictione III. Quinto Idus Februarii. Luna VIII., Feria II. Anno autem domini Chvnradi, regni XII. Imperii X^o.

Original fehlt.

Kopie im Liber fol. 1, 42—43, 57b—58.

Druck in Herrgott, Geneal. Habsburg. II, 112—114; Neugart, Codex diplomaticus Alemanniæ, 25—29. B. Fleischlin, Studien und Beiträge zur Schweizer Kirchengeschichte II, 227 ff. Auszug in Gilg Tschudis Chronik I, 13.

Deutsche Übersetzung bei M. Riedweg, Geschichte des Kollegiatstiftes Münster 28—31.

¹⁾ Rordorf. Basler Zeitschrift für Geschichte und Altertumskunde 1902 I, 251—252.

Wegen Arth vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 329; Th. v. Liebenau, Gesch. der Pfarrei Arth pag. 14.

Nr. 2.

1036—1054.

Odalricus comes de Lenceburc vergabt dem Domstifte Sitten das Eigengut auf dem Berge Château-neuf (an der Rhone bei Sitten), welches sein Vater und seine Mutter erkaufte hatten, zu einer Jahrzeitstiftung.

Zeugen: Die Ministerialen des Grafen; Hartmannus Beroensis prepositus, et Rodulfus prepositus de Uerde (Schönenwerd) u. a.

Archiv Valeria in Sitten. — Schweizerischer Geschichtsforscher IV, 65, Solothurner Wochenblatt 1824, 96, Mémoires et documents de la Suisse Romande 1863, XVIII, 346—347. Übersetzung bei Riedweg, Stift Münster p. 34.

Daß die Urkunde von späterer Hand ergänzt wurde, ist im Anzeiger für schweizer. Geschichte 1867, 70—71 hervorgehoben worden. Vgl. Mémoires et documens de la Suisse Rom. XVIII, 280.

Nr. 3.

1045, 23. Januar, Solothurn.

Schirmbrief König Heinrich III. für Münster.

C. (Chrismon). In Nomine Sancte et Individue trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Si dignis | petitionibus fidelium nostrorum pro libertate æcclesiarum suarum benignum auditum adhibere studuerimus, id quoque et ad presentis vite statum et ad æterne beatitudi- | nis præmium nobis profuturum esse minime dubitamus. Quapropter omnium dei nostrique fidelium præsentium scilicet, ac futurorum noverit industria, qualiter fidelis noster | Vdaricus comes, ad pietatis nostre misericordiam ueniens, suppliciter rogauit, ut monasterium, quod Perenmúnsturi dicitur in honore sancti Michaelis archangeli con- | structum, et fratres inibi deo sub canonica regula seruientes, in nostrum mundiburdium, tuitionem, defensionemque suscipe-

remus. Cuius petitione pium assensum prebentes, ob interven- | tum ac petitionem dilecte coniugis nostre Agnetis regine præfatum monasterium situm in pago Argouue, in comitatu Arnolphi comitis, cum æcclesiis, areis, uillis, mancipiis | dicimus æcclesias, æcclesiam uero inferiorem in eodem loco sitam, æcclesiam in Hotorf cum curte, æcclesiam in Sarnuna, excepta III. parte cum curte, Aecclesiam in Faffichouen | IIII parte excepta, æcclesiam in Niudorf cum curte et appenditiis æccle- sias in Scongouue, in Chutingun et in Richintala, et in Surfe, cum curtibus, et appenditiis, æcclesiam I in Hackelingen, duas partes in Starchinckirgun, tertiam partem in Putenfulza. Curtes uero in Arminse, in Langinouua, in Melfinchhouen, in Ruocheresuinlari, vine- | ta autem in Potinchouen, Peinuuilare, quinque mansos et dimidium in Adelesuuilare, Sopense mansos duos cum piscina. In Uualde I mansum, in Zopenperge II mansos. In Surfe mansos II | et dimidium, cum mola I In Manzinchouen, mansum I In Chulenbare, mansum I In Liele mansum I In Ludingun mansum I censum solventes. In Mofenheim mansum dimidium I. In Gelvingun mansum dimidium | In Vtingun mansum dimidium cum Waltmarcha, in Peinwilare mansum dimidium cum piscina. In Steueningun piscinam I ad Heiche piscinam I In Rotahun piscinam I Endeuelte tabernam I In Mu- | cheim tabernam I in Sura mansum I in Rinacha mansum dimidium, et cum omnibus utilitatibus ad idem monasterium pertinentibus, seu quecumque adhuc diuina pietas illuc augeri uoluerit | in nostrum mundiburdium, tuitionemque suscepimus, nostreque auctoritatis precepto roboramus, eo quoque tenore, ut prescriptum monasterium et canonici eandem libertatem habeant | quam ceteri regulares, et perpetualiter in eadem consistant. Decre- uimus autem atque constituimus, ut idem canonici inter se liberam deinceps potestatem habeant eligendi præpositum | cui a regia potestate id ipsum committeretur officium. Et ut hæc nostri mundiburdii et tuitionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat æuuo, hanc | Kartam inde conscriptam, sub- tusque manu propria roboratam sigillari iussimus. | Signum domni Heinrici regis tercii (Monogramm) inuictissimi R. (Locus

Sigilli). THEodoricus cancellariuf uice Bardonif archiepiscopi et archicancellarii recognouit (Signum Cancellarii).

Data X^o Kalendas Februarii, Indictione XIIIa. Anno dominice incarnationif Millesimo XLV. Anno autem ordinationif Heinrici regif tertii XVI. Regni uero VI. Actum Solodoro feliciter | Amen.

Vom Original ist das kaiserliche Siegel abgefallen.

Abschriften mit zahlreichen Varianten im Liber crinitus fol. 1 b—2, 43, 58 b—59. Beachtenswert sind die abweichenden Ortsnamen Hohtorf, Phefinchon, Nudorf, Schongo, Kiutingen, Richendale, Starenchirgen, Butenfulza, Armenfe, Langenowe, Melfinchon, Rūdefwile, Butinchon, Beinwile, Adelfwile, Waldiv, Zophenberch, Manzinchouen, Chvlembe, Mofheim, Efche (Heche), Rinnahcha.

Nach Liber crinitus gedruckt bei Herrgott, Genealog. Habsburg. II, 115—116; Solothurner Wochenblatt 1812, 344. Auszug in Gilg Tschudis Chronik I, 17. Vgl. Stumpf, Reichskanzler, II, 2, 187.

Nr. 4.

Reliquienzeddel aus dem 11. Jahrhundert.

In nomine fancte et indiuidue trinitatis | hic recondite sunt reliquie fancti Petri et fancti Johannis | euangelifti, fancti Johannis Baptifte, fancti Nazarii et fancti Lau- | rencii, Fau-
stini et Juuite (Jovite), fancti Alexan- | dri.

Das Übrige ist weggeschnitten.

Nr. 5.

1050, 6, Juli, Zürich.

Kaiser Heinrich III. schenkt auf Bitte seiner Gemahlin an Beromünster das Gut Mehlsecken.

C. (Chrismon). In Nomine Sancte Et Indiuidue Trinitatis. Heinricu f diuina fauente clementia Romanorum Imperator Auguftuf. | Omnibus Chriftri noftrique fidelibus tam futurif quam presentibus notum effe uolumus, qualiter nof ob interuentum ac petitionem dilectæ contectalif noftræ | Agnitis

imperatriciſ auguſtæ, maxime uero pro æternæ hæreditatiſ ſpe quoddam noſtri iuriſ ac poteſtatiſ, predium Melsichouin dictum, ad altare | ſancti Michahelis in Pere Mvnſtere in uſuſ fratrum ibidem deo famulantium, in pago ARGOWI in comitatu ARNOLDI comitiſ ſitum, cum omnibus ſuiſ appen- | diciiſ, hoc eſt utriuſque ſexuſ mancipiiſ, areiſ, ædificiis, terris cultis, incultis, agris, pratiſ, paſcuſ, campis, ſiluſ, uenationibus, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, molis, mo- | lendiniſ, uiſ, inuiſ, exitibus et redditibus, quæſitiſ et inquirendis, cum omni utilitate, quæ ullo modo inde prouenire poterit iu proprium tradidimus. Ea uidelicet ratione, ut predicti | fratres eorumque prepoſiti liberam dehinc poteſtatem de eodem predio habeant tenendi, commutandi, procurandi vel quidquid eiſ placuerit inde faciendi. Et ut hæc noſtræ traditionis | auctoritaſ omni æuo ſtabiliſ et inconuulſa permaneat, hanc cartam inde conſcriptum manu propria corroboranteſ ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri. |

Signum domini Heinrici tercij regiſ invictiſſimi ſecundi romanorum imperatoriſ auguſti (Monogramm).

UUinitHeriuſ cancellariuſ uice Bardoniſ archicancellarij recognoui (Sign. cancell.).

(L. S.).

Data II. Nonas Iulii. Anno dominicæ incarnationis M^oL., indictione III. Anno autem domini Heinrici tercij regiſ, ſecundi imperatoriſ, ordinationis eiſ XXI. regni quidem XII. imperij uero III. Actum | TVREGVM in nomine domini feliciter amen.

Vom Kaisersiegel iſt noch ein Fragment vorhanden.

Kopie im Liber crinitus 2, b mit kleinen Varianten, z. B. Agnetis, Melfichon, Permünſter, Argowe, Thuregum. Abſchrift aus dem 15. Jahrhundert im Staatsarchiv Luzern.

Druck: Herrgott, Mon. Habsburg II, 121, Neugart, Cod. Alem. II, 29—30. Unrichtiger Auszug in Gilg Tſchudis Chronik I, 19. Vgl. Segesser, Rechtsgeschichte I, 657.

Nr. 6.

1107, 28. December.

Weihe der Gruft in Münster.

Anno MCVIII, dominice incarnationis, V. Kalendas Januarii (28. Dec. 1107) dedicata est hec cripta a venerabili Conftantienfi Episcopo Gebehardo III. in nomine domini nostri ihesu cristi et in honore sanctorum innocentium et sancti mauricii sociorumque eius. Continentur autem hic reliquie S. petri apostoli, S. Mauricii sociorumque eius, S. Georii martiris, S. Leodegarii martiris. Et eadem dedicatio celebretur craftino Innocentium, et canitur ad missam: Terribilis.

Jahrzeitbuch der Pfarrkirche Schwarzenbach von 1467. Geschichtsfreund III, 205. Liber crinitus fol. 35, b. Handschrift des 14. Jahrhunderts.

M. Estermann, die Stiftskirche von Beromünster, Luzern 1898, p. 2.

Das Grabmal im Chor der Stiftskirche, erneuert 1468, enthält die historisch kaum haltbare Inschrift:

Hic fundatores translatos depofuerunt
nostri Majores tunc cum duo bis subierunt
anni millenis domini lapsisque tricenis
qui prius ante fores templi iacuere minores.

Die Inschrift dürfte von Rudolf von Liebegg herrühren.

Ueber die Krypta vgl. besonders auch die Mitteilungen von Hrn. R. Rahn, M. Estermann und Dr. J. Zemp im Anzeiger für schweizerische Altertumskunde IV, 373—376, VII 280—282, 301—307; Aebi im Geschichtsfreund XVII, 228, XXIX, 278 ff. R. Rahns Geschichte der bildenden Künste in der Schweiz 190.

Nr. 7.

O. J. (vor 1170?)

Graf Hartmann (von Kyburg) vergab anlässlich der Bestattung seiner Gemahlin Richenza (von Lenzburg) das Gut Aspe an den Marien-Altar in Münster.

Noscat tam presentium quam futurorum memoria, qualiter ego Hartmannus pro remedio animæ meæ et dilectissimæ coniugis meæ Richentze, quam in hoc loco Beromünster III. Kalendas Julii sepeliuimus, predium quoddam, quod visus sum habere in parrochia in Surfe, in loco qui dicitur Haspe, cum omni vtilitate trado et do zur giffte (zur stiffe) ad altare sanctissimæ virginis Mariæ genetricis dei nostri Jesu Christi, nihil mihi in hoc retinens proprietatis vel vtilitatis, preter in loco aduocati laborem fidelissimæ pro posse meo defensionis. Ea videlicet condicione, quod presbyter, qui hoc altare consensu prepositi et canonicorum habeat, hoc beneficium ad sui vtilitatem potestatiue possideat, et ipse omni hebdomada deo et matri suæ duas Missas voueat, quas nominatim pro animabus meis et pro cunctis fidelibus defunctis humiliter et indubitanter reddat. Quod si aliquoties aliquibus hebdomadibus, aliquibus cum negotiis impediens non adimpleverit, postea pro posse suo, vel per se, vel per alium et si Missas in hoc vel in alio altari non celebrat, si non anticipauit psalmis queque neglecta recompenset. Quicumque autem hanc meam elemosinariam traditionem ab hoc altari abalienauerit, non solum ab ecclesia sacrilegus et facinorosus habeatur, sed a filio eiusdem expoliatæ virginis in iudicio suo, cum omne meritum suum recipiet premium, si non deuote faciens satis faciens resipiscat, æternæ damnationi condemnatus adiiciatur. Sacerdos autem possessor huius beneficii, votum suum sic adimpleat, et in hoc iudicio cum omnibus vota sua humiliter adimplentibus æterna beatitudine remuneratus congaudeat.

Original fehlt. Unvollendete Abschrift von Prothonotar Johann Hitzmann im Liber Capellanorum von 1562, fol. 1, wo eine spätere Hand am Rande schrieb: Hartmannus Comes de Kiburg et uxor Richenza Com. de Lenzburg.

Eine Uebersetzung der Urkunde bei Matthias Riedweg, Geschichte des Kollegiatstiftes Münster, Luzern 1881, p. 217.

Aspet wird schon 1173 in der Urkunde K. Friedrich I. genannt, das beim Kloster Neuenkirch gelegene Gut wurde

1313, 13. Oktober, um 13 Pfennige verkauft. Geschichtsfreund V, 177.

Nr. 8.

1173, 4. März, Basel.

Kaiser Friedrich I. bestätigt die Rechte, Freiheiten und Besitzungen des Stiftes Münster.

C In Nomine Sancte Et Indiuidue trinitatis FRIDERICUS DJUINA FAVENTE CLEMENCIA ROMANORUM JMPERATOR AUGUSTUS. | Si dignis petitionibus fidelium nostrorum pro libertate ecclesiarum suarum benignum auditum adhibere studuerimus, id quoque et ad presentis uite statum et ad eterne beatitudinis premium nobis profuturum | esse minime dubitamus. Quapropter omnium dei nostrique fidelium presentium scilicet et futurorum nouerit industria, quod sicut rex Henricus predecessor noster pro petitione comitis v̄ d a l r i c i¹⁾ monasterium ecclesiam in pago argowesitam in tuitionem suam suscepit, ita et nos intuitu diuine misericordie eandem ecclesiam cum fratribus inibi deo seruientibus et omnibus appendiciis | tam ecclesiis quam aliis bonis mobilibus, adquisitis uel acquirendis sub nostre protectionis mundiburdium suscipimus et eidem ecclesie nostra auctoritate confirmamus. Sunt autem | ecclesie: inferior ecclesia in eodem loco sita cum bonis omnibus superioris et inferioris ecclesie ejdem loco adjacentibus. Ecclesia de Hotorf cum curtibus et omnibus decimis ejusdem parrochie et multis prediis in | eadem parrochia jacentibus, ecclesia in Sarnuna, excepta quarta parte, cum curtibus et decimis. Ecclesia in Chernen cum omnibus appendiciis, mancipiis, agris, pratiis, aquis nemoribus, alpibus, que genus Lenceburgensium in eadem valle possedit, et comes v̄ dalricus pro sua suorumque salute monasterio tradidit et concessit. Predium in margelunmetelum. Curia in

¹⁾ Im Liber crinitus fol. 2, b, fol. 50, wurde ergänzt prædicitis de Lentzburg; dieser erläuternde Zusatz ging in alle Abdrücke seit der Zeit Gilg Tschudi's über. Lib. crin. fol. 44 bringt nur den Schluss des Diploms.

Saheseln | cum omnibus appendiciis, partem in ecclesia in alpenacho et predium in eodem loco et in littore. Predia in nördorf, mansos lunaticos cum agris, pratis, nemoribus. Ecclesia in Scongowe cum curte et appendiciis | et decima. Ecclesia richendal cum appendiciis. Ecclesia chötjngen cum curte et appendiciis et decima, que quarto anno episcopo basilienfi peruenit et si eam colligere noluerit duas libras basilensium inde | recipit; nec ad aliam personam jure beneficii debet eam transferre. Ecclesia Hackelinge cum decimis et curte et omnibus appendiciis. Ecclesia Starnchilhon, terciam partem in ecclesia putenfulza cum | inuestitura. Ecclesia phafinchon cum decimis et curia et omnibus appendiciis. Predia in rinacho. Predium in manchinchouen ¹⁾ quod comes vdalricus pro anima sua dedit et mansum ibidem cum | molendino. Ecclesia in öhcheim cum decimis et uinetis et appendiciis. Ecclesia magetum et uilla cum pertinentiis, agris, pratis, nemoribus et mancipiis. Curiam in armense cum pertinentiis. | Curiam in langenowe cum omnibus appendiciis. Curiam in melfinchon cum pertinentiis et nemoribus. Predium in nebinchon. Predium in tagemarffeildon. Predia in Huffinchon ²⁾ et tres partes in | ecclesia. Predium in reiden. Predia in phafena et in uillis adjacentibus. Predium in ötenwila, predium in Wininchon, predium in reitenowe, predium in weinhwile, predia in peinwile cum piscina, | predium Rubeswile, tres partes in ecclesia stovfen et duas curias cum pertinentiis, cum molendinis et nemoribus. Predium in Röti. Predium in tofendal. Predium chulbare ³⁾. Predium in Meisterfvanc. Predium in gundol- | tswilre. Predium Hönrspöle ⁴⁾, predium in emöte, predium in niderwile, predium fwarzenbah, predium in niderfwile ⁵⁾, predium

1) Menzeckon. Liber crinitus fol. 3.

2) Vffinchon. Lib. crin.

3) Chulumbe, Lib. crin.

4) Hvenrifbvele.

5) Fehlt im Lib. crin.

adelfwile. Predia witwile. Predia heigesperge¹⁾. Predia Richartfhöle²⁾. Predium | erchenboldingen³⁾. Predium Metmonftetten. Predium pöf cenroto⁴⁾, pifeinam cum nemore; predium ötinge⁵⁾ cum waltmarcha. Predium elmengrin. Predium Rachinwile⁶⁾. Predia blafenperho cum nemore. | Waldö duof manfof. Tannum dimidium manfum. Zophenperhc duof manfof cum lunatico. Scenchofen⁷⁾ curtem. Surfe duof manfof et dimidium cum molendinis. Stegen pifeinam | öie duo predia. Predium Löpenröti⁸⁾. Predium Gofmaningen⁹⁾. Predium tachfelren¹⁰⁾. Predium fempahc. Predium eiche cum pifeina. In ualle Nögerolf vineta viftellacho predium cum uinetif. Predium Madelf- | wile. Predium tvrnef. Predium pri finchon. Predium chotwile¹¹⁾. Predium veilnöwe¹²⁾. Predium Langenecho¹³⁾. Predia entheliböhe¹⁴⁾, fcilicet ebenothe, grabon, wizenbahc, Siccenhufen. Mucheim predium. | Predium ejndefelt. Predium furo, cenfusque furo¹⁵⁾ pertinentes a liberis hominibus de arnlefbah¹⁶⁾ perfoluendos, fcilicet decem solidos bafilienfis monete et quatuor denarios. Predium puttejinchon¹⁷⁾. Predium | Sarmarfdorf. Predium pharnewanch¹⁸⁾. Predium trafemöndingen¹⁹⁾. Predium Zeinhwile²⁰⁾, cenfum in ludingen cum iuriditione, cenfum in Wikerlon²¹⁾ cum iuriditione, altwif predium, cenfum jn liele, predium enmartingen. Tribu | tum auri jn berhetenfwile cum ecclefia, tributum auri Göhchufen, predium Wolfhartfwile, predium hiltensrieden, predium Wangen, predium hoftergowe²²⁾, predium britenowe, predium tullichon, predium in afpe. Curiam jn | gunzewile cum duobus manfis, predium in fifinchon, predium ödoffwife²³⁾. Hec unjuerfa

1) Hergensperch. 2) Richartbule. 3) Herchenboldingen. 4) Bœfchenrota. 5) Ütingen. 6) Rathendzwile. 7) Schenkon. 8) Lüpenrüti. 9) Gofmaningen. 10) Tachfeldern. 11) Chotenwile. 12) Welnowe. 13) Langeneiche. 14) Entelibuch. 15) Suron. 16) Erndefsbach. 17) Butinchon. 18) Varnewanch. 19) Trafmendingen. 20) Ziezenhwile. 21) Wikerlon. 22) Oftergowe. 23) Odolfwile.

prenotata cum omnibus utilitatibus ad idem Monasterium pertinentibus seu quecunque adhuc diuina pietas ibidem augere | uoluerit in nostrum mundiburdium et defensionem suscepimus nostreque auctoritatis precepto roboramus, eoque tenore, ne ab ipso alienentur et ut prescriptum Monasterium et canonici eiusdem loci eandem | libertatem habeant quam ceteri regales et perpetualiter in eadem consistant. Deceimus autem atque constituimus, ut iidem canonici inter se liberam deinceps potestatem habeant eligendi prepositum | cui a regia potestate committatur officium, qui etiam parrochiales ecclesias prenomatas fratribus consentientibus in personas idoneas transferet cum uacauerint et per omnes curias, si inutiles fuerint, deponet | ministros. In placitis quoque et iudiciis exercendis due partes questus canonicis, tertia aduocato perueniet. Preterea predium adelwile et cetera allodia que comes v̄dalricus¹⁾ pro remedio anime sue | ad anniuersarium celebrandum destinauit eidem ecclesie confirmamus. Et ut hec nostri mundiburdii uel tuitionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat euo, hanc cartam | inde conscriptam sigillo nostro iussimus communiti. Huius rei testes sunt Lodewicus episcopus basilienfis²⁾, Matheus dux Lotharingie, Bertolfus dux de Ceringe, Rudolfus comes de | Fulendorf, Wernerus et Fridericus comites de Hœnberc, Arnolfus de Rotenburg, v̄ricus de eschibah, Johannes de hotinchoven, v̄ricus et Hartmannus de chienberch et alii quam plures. |

SIGNUM DOMNI FRIDERICI ROMANORUM IMPERATORIS INUICTISSIMI (Monogramm).

Ego godefridus cancellarius uice cristiani Mogontini archiepiscopi et archicancellarii recognoui (L. S.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^oC^oLXXIII^o.
Indictione VI^a.

¹⁾ Proxime uivens ergänzt liber crinitus fol. 3 b, fol. 44 und fol. 60.

²⁾ Zusatz im Liber crin. fol. 3 b, 44, 60: cum toto eiusdem ecclesie capitulo. Fernere Varianten: Lotoringie, Berchtoldus dux de Zeringen, . . . de Phullendorf, de Honberch.

Regnante domino Friderico romanorum Imperatore Inuictissimo.

Anno regni eius XXI^o. Imperii uero XIX^o.

Datum basilee IIII^{to}. nonas Martii feliciter amen.

Das Siegel ist abgefallen.

Original im Stiftsarchiv.

Kopie im Liber crinitus fol. 2 b—3 b, 44 (Fragment), 59—60.

Deutsche Übersetzung bei Riedweg, Stift Münster 43—47.

Druck: Herrgott, Monument. Habsburg. II, 189—191.

Die Zeugenreihe zuerst bei Guillimann, Habsburgica, Mediolani 1605, 222. Der Auszug bei Tschudi, Chronik I, 86 kommt in der Zeugenreihe dem Original näher.

Das liturgische Buch in Münster, welches die Inschrift trägt: Hunc librum Pauli doctoris denique summi scripturis totum simul auro eboreque paratum, marchio Ulricus tibi, Chrifte, sanxit in usum, qui post hanc vitam mereatur habere quietem (vgl. oben S. 23—24) rührt von diesem Grafen Ulrich her; der Titel marchio bezeichnet den Besitz mehrerer Grafschaften, wie J. Ficker in den Beiträgen zur Rechtsgeschichte Italiens nachgewiesen hat.

Vgl. Zur Lauben, mémoire sur l'origine de la maison d'Autriche p. 41; Lang, Theolog. Grundriß I, 732; G. von Mülinen im Schweizer. Geschichtsforscher IV, 136—137.

Nr. 9.

(1181, 5.—12. Mai), Ulm.

Kaiser Friedrich verkündet den Entscheid des Hoftages, daß die Meyer zu Ermensee, Hochdorf und anderwärts die Sellantgüter des Reichsstiftes Münster nicht in Erblehen verwandeln dürfen.

F. dei gratia Romanorum Imperator et semper augustus. Tiethelmo monasterienfi preposito et fratribus eiusdem ecclesie gratiam suam et omne bonum. | Quum tutela et defensio ecclesie uestrae specialiter ad nos pertinet | querimonias uestras pro iniuriis uobis illatis maiestati nostre sepius |

porectas clementer exaudiuimus et procuratoribus nostris quamuis erga | uos negligenter egerint, ut querimoniis uestris satisfacerent in- | tensius precepimus. Inde est, quod querimoniam uillici uestri de Har- | mense et illorum de Hofstorf et aliorum, qui curias uestras seu do- | minicalia uestra, que uulgo feillant uocantur hereditario | iure et ex concessione precedentium prepositorum possidere uo- | lebant irrationabilem reputauimus et uobis potestatem | et libertatem, quam ceteræ ecclesie ad regnum pertinentes usque | ad tempora nostra habuisse dignoscuntur hanc sententiam nostræ | curie apud Ulmam celebrate concessimus. Videlicet | ut de dominicalibus uestris et lunaticis seu aliis beneficiis | ad predictam curiam pertinentibus utilius et melius quam antea | ordinatum fuerit facultatem disponendi habeatis.

Das Siegel ist abgefallen.

Nach dem Original gedruckt im Anzeiger für schweizer. Geschichte 1876, Nr. I, pag. 181, mit Festsetzung des Datums; nach der Kopie im Liber crinitus fol. 10 a in Segessers Rechtsgeschichte I, 728—729 mit irrthümlicher Beziehung auf Kaiser Friedrich II.

Übersetzung bei Riedweg, Stift Münster 62—63.

Als F. v. Balthasar 1765 seine Antiquitates Beronenses schrieb, war das Kaisersiegel noch wohl erhalten. Vide T. II, fol. 187.

Nr. 10.

1184, 30. Januar. Vergabung des Gutes Tannbach an die Pfarrei Romoos.

Noverit . . prefens etas et successura posteritas, quod dominus Lutoldus de Wolhusen, fratre suo Diethelmo, venerabili Beronensis ecclesie preposito annuente, et advocato Arnolde de Rotenburg cum uxore sua et filiis consentientibus ceterisque presentibus idoneis testibus ecclesiam de Rommos cum predio suo de Tambach dotavit.

Jahrzeitbuch Romoos. Deutsche Übersetzung im Pfrundurbar von 1622 mit irrigem Jahr 1084 und dem Namen